

Hermannchronik

MXLII... Ovo, Ungariorum tyrannus, ob susceptum a rege nostro Petrum, diviso bifariam exercitu suo, fines Baioarię ex utraque Danubii parte depredans et incendens populatur. Sed una pars exercitus eius a septentrionali parte Danubii ab Adalberto marchione et filio eius Liutpaldo ad internitionem cesa est. Heinricus quoque rex autumnino Pannonias petens, Heimenburg et Brezesburg evertit, septentrionalem Danubii partem, quia flumina australem et paludes munierant, usque ad Grana flumen vastavit seu in dedicionem accepit; et pars exercitus bis numero Ungariis incursantibus congregiens, strages magnas effecit. Et subactis partium illarum Ungariis, cum Petrum recipere nollent, quendam alium ex illis, apud Boemos item exulantem, ducem eis constituit; quem tamen Ovo statim post discessum regis resistere non valentem in Boemiam repulit.

Poppo patriarcha Aquilegiensis obiit, eique Eberhardus, Augustensis canonicus, a rege promotus successit. (124.1–14)

Kaiserchronik

MXLII. Ovo rex Hungarorum ob susceptum ab Heinricho rege Petrum a se expulsum, fines Baioarię prędis et incendiis depopulatur. Sed magna pars exercitus eius quę a septentrionali Danubii parte prędas factura venerat, ab Adalberto marchione inita pugna penitus deleta est. Heinricus quoque rex suulturus iniuriam Pannoniam cum exercitu in autumnino ingressus, magnam provincię partem vastavit, duas populissimas civitates evertit, plures deditione subiecit. Sed cum Petrum regem suum, quem secum ducebat, nulla ratione provinciales recipere consentirent, alium quendam quem petebant ducem eis constituit; quem tamen statim post discessum eius Ovo rex de provincia sua in Boemiam depulit. Poppo Aquileię patriarcha obiit, pro quo Eberardus.

(Göttweig, fol. 77^v–78^r; Sichert, S. 200^{r-v})

Es ist ersichtlich, warum die Kaiserchronik in der wissenschaftlichen Diskussion vor dem letzten Viertel des 19. Jahrhunderts als Epitome der Hermannchronik angesehen werden konnte. Ungefähr die Hälfte der Kaiserchronik besteht aus Jahresnotaten, die sich fast ausschließlich aus Wörtern und Satzteilen der Hermannchronik zusammensetzen. Viele dieser